



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Humilitatem docuit Christus quinq[ue] modis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Humilitatem docuit Christus
quinque modis.*

- Ma. 9. **P**rimo, nascendo. Isa. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, &c. Luc. natus est nobis hodie saluator, qui est Christus Iesus. Vnde D. Bernardus ait. Gaudeamus fieri sicut parvulus iste. Discamus eo qui mitis, & humilis corde, magnus videlicet Deus sine causa factus sit parvulus. Et Augustinus. Erubescat homo esse superbus, quia homo & humilis factus est Deus. Et Hieronymus. Cognosce quia Deus humilitate nit, sequere exemplum eius, imitare uestigia eius. Secundo, humilitate gēdo. Elegit enim matrem humilem.
- Luc. 1. Quia respexit Dominus humilitatem ancillę suę, &c. Domum humilem, pannos humiles, & lectum humilem. Luc. 2. Pannis eum in praesepio, & reclinauit eum in praesepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Dicitur pullos humiles. Paulus ad Corinthios ait. Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia quę que. Tertio, humilitate docendo. Matt. 11. Discite a me quia mitis sum & humilis corde, &c. Quarto, humilitate moriendo. Parolip.

Humiliavit semetipsum factus obediens, &c. Et Gregorius. Quanta uir-
 tus humilitatis propter quam ueraci-
 ter edocendam; his qui sine extima-
 tione magnus est, usque ad passionem
 paruulus factus est. Et quod in tertio
 loco dici debebat, in conuersando, id
 circo non solum parentibus subditus
 fuit, sed etiam cum publicanis & me-
 retricibus uersabatur dum in ætate
 perfecta fuerat, quod signum maxime
 humilitatis est, dum ad infimos ac ui-
 les declinaret, ob hoc iudæi scandali-
 zabantur dicentes. Quare cum publi-
 canis et peccatoribus manducat ma-
 gister uester, &c. Humilitas Christi
 superbiam iudæorum offendebar.

Grego.

Matt. 2

Luc. 5.

Humilitatis bona sunt sex.

Primum, quia gratiam præpa-
 rat. Vnde Petrus Apost. Deus
 superbis restitit, humilibus au-
 tem dat gratiam. et Salo. Quanto ma-
 ior es humilia te in omnibus. Notabi-
 liter dicitur. Quanto maior es; Me-
 lius sedet humilitas in maioribus. Vn-
 de Bernar. In alto non altum sapere,
 sed humilibus consentire, nihil Deo
 carius, nil rarius apud homines.
 Idem. In ueritate didici, nil æque ef-

1. Pet. 5
& 12. 4.

Bernar.

Idem.